

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1886

1297 - 1298

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

208. Pabst Bonifaz VIII gibt dem Bischof von Straßburg Vollmacht, der Bitte der Straßburger Sackbrüder, die sich zu großer Armuth wegen in das Prämonstratenser Kloster Allerheiligen aufnehmen lassen wollen, nach gehöriger Untersuchung zu willfahren. 1297 Juni 28 Orvieto.

5 Bonifatius episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . episcopo Argentinensi salutem et apostolicam benedictionem. sua nobis dilecti filii fratres ordinis saccitarum Argentinenses petitione monstrarunt, quod ipsi, qui fore septem tantum numero dinoscuntur, adeo premuntur onere paupertatis et ad tantam despectionem hominum devenerunt, quod eorum vita nonnisi penalis et misera dinoscatur, cum
10 nec de propriis bonis nec etiam de elemosinis, que ipsis a Christi fidelibus largiuntur, nequeant sustentari. propter quod et ut melius proficiant ad salutem, desiderant ad aliquem de approbatis ordinibus¹ convolare. cum autem ipsi fratres nonnisi capellam et unicam domum luteas habere se asserant, et dilecti filii . . prepositus et conventus monasterii de omnibus sanctis Premonstratensis ordinis Argentinensis diocesis eos
15 in ipsorum ordine in canonicos et in fratres cum hujusmodi capella et domo pietatis intuitu recipere sint parati, predicti fratres nobis humiliter supplicarunt, ut ipsis transeundi cum eisdem capella et domo ad predictos prepositum et conventum et eorum ordinem concedere licentiam dignaremur. nos igitur predictorum fratrum supplicationibus inclinati, quia tu de facto et facti circumstantiis habere poteris
20 notitiam plenioram, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si prefati fratres nonnisi capellam et unicam domum luteas habeant in bonis immobilibus, ut pretendunt, transeundi cum capella et domo predictis ad eosdem prepositum et conventum et eorum ordinem supradictum concedas eis auctoritate nostra liberam facultatem, rescripturus nobis fideliter, quicquid super hoc duxeris faciendum.
25 datum apud Urbem veterem 4 kalendas julii pontificatus nostri anno tertio².

B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 6197 or. mb. Bulle an Hanfschmur. Auf dem Bug rechts Schreibervermerk Jo. Piper. Kostenvermerk V, darunter H Pad. Oben in der Mitte dñs Theanēn per N. de Vico, darunter durchgestrichen suppl in dāt, daneben von anderer Hand fuit. Ganz unten in der Ecke links verkehrt geschrieben: bñ h. Auf der
30 Rückseite † frater Conradus omnium sanctorum †.

209. Beschluß des St. Thomascapitels über die Feier gewisser Feste durch Procession, Messen u. A. 1298 Februar 21.

Prepositus . . decanus totumque capitulum ecclesie sancti Thome Argentinensis notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod, cum Gerdrudis mulier

35 ¹ Die Sackbrüder waren ein Orden, auf den die Constitution 23 Pabst Gregors X vom Lyoner Concil 1274 Anwendung fand. Vergl. Mansi Concil. coll. tom. XXIV, 97 und Raynald Ann. XIV, 226. Daß sie aufgehoben wurden, berichten die Ellenhardschen Annales Argentinenses. (Mon. Germ. SS. XVII, 103.)

40 ² Dem päpstlichen Mandat gemäß gestattet Bischof Konrad die Aufnahme der Sackbrüder in das Kloster Allerheiligen. 1297 December 14 (crastino b. Lucie virginis). or. mb. c. sig. pend. ebenda.